



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De conditionibus boni & mali Medici. Cap- XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

ep 14 ad  
Beuer.

diant, & vt ei se subditi, suaque omnia sincera  
aperiant.

Quæ si seruauerint, assequentur id, quod in  
S. Seuero Sulpitio laudat S. Paulinus, Domesti-  
corum eius mentionem faciens, ut puris suis  
illos Deus idem faciat. quod ipse cunctis est, ut eos, &  
quasi Dominos revereantur. & quasi Patres dilige-  
rant.

compertum est. Secundò, tot Meditationes de  
peccatis; & repetitiones de filiis. S. Pater  
proposuit. Tertiò, Examina varia. Quartò, Con-  
fessiones. Quintò, alias meditationes de in-  
ferno &c. Hinc ergo curatio spiritualis incho-  
anda. Nam sicut duo sunt officia Medicinæ,  
inquit S. Prosper, Vnum quo sanatur infirmas; secundum  
aliud, quo custoditur sanitas; ita duo sunt dona gracia, in sensu  
vnum quod auctor cupiditatem, aliud, quod facit ani-  
mi perseverare virtutem. Ad hanc autem dona gra-  
tia, cooperari debet Medicus, ut primò circa  
euallionem cupiditatis peccatorum, & imper-  
fectiōnū, tanquam radicem, laboret; tum  
circa acquisitionem virtutum, iuxta illud Psalmi;  
Declina a malo, & fac bonum. Mos est Medicorum,  
inquit S. Chrysostomus, ut non prius morbos  
abigant, quam eorum fontes oclaudant. Exempli can-  
ta, cum à prauo humore & corrupta fluxione inse-  
stuant oculi, medicus omittens pupillam agran cura-  
re, capitis curam gerit, ubi radix & fons erat agitati-  
o: ita quoque Christus curatus paralyticum per-  
tectum demissum, prius malorum fontem reprimit.  
Fons quidem malorum & radix, & mater est omnium  
natura peccati: idcirco ait: Confide fili, dimititur  
peccata tua, & illico ait: Ecce sanus fatus es, noli am-  
plius peccare.

Secundum signum est mali Medicis, si mem-  
bra putrida, alia quoque putrefactia non ab-  
scindat. Igem, inquit S. Gregorius Nazianzenus, Apolo-  
gus, interdum, & ferrum, afferiora, medicamenta  
Medicus adhibebit, quæ etiā per quam molesta esse vi-  
deantur, nihil tamen eorum perinde arduum, atque  
difficile est, atque mores, & affectum medicari. Id-  
circo pernicioſi sunt Communiatæ, illi spirituum  
Medici, qui non efficiunt è Societate infecti-  
os aliorum, stultæ commiseratione diuī: &c;  
quod peius est, si duos eodem morbo laboran-  
tes, in eodem Domicilio collocent. Deplota-  
uimus non semel talē connivētiā quo-  
rundam Medicorum, quæ hāc ratione & pa-  
lā, & per occultas schedas multis irremediable-  
biter nocuit, & malum sic propagatum oc-  
cultè, ad multos annos durat, nec appetit: &  
semper tanquam occultum carcinoma, etiam  
sana membra occultè depascit. Quod sane  
non leue malum est. Nam, ut scribit S. Gre-  
gorius Papa, Si medicinalis artis minima ignari,  
secundum viles cerneret, & tamen secare recularent,  
proficit̄ peccatum fratre mortis ex solo corpore  
committerent. Quanta ergo culpā inuoluntur, ap-  
plicant, qui, dum cognoscunt vulnera mentium, curare  
negligunt ea, sectione verborum (multò magis sepa-  
ratione ab aliis, ne alios inficiant.) Unde & be-  
nē per Prophetam dicitur: Maledictus, qui prohibet  
gladium suum à sanguine. Gladium quippe à sangu-  
ne prohibere, est, predicationis verbum à carnali vita  
intersectione retinere. De quo gladio tursum dici-  
tur: Et gladius meus manducabit carnes. Et sibedit,  
tales, talentum: cum sententiā damnationis amitt-  
tere. Quod si omissione correctionis verborum  
dam-

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

## De Conditionibus boni, &amp; mali Medicis.

**Q**ued si querat aliquis primò quæ signa sint  
imperiti, & insufficientis Medicis, cui cura-  
tio aliorum tutò committi nequeat?  
Respondeo, primum signum esse, si morbus  
eretur non euulta prius morbi radice, quā rela-  
tā, sanum corpus non erit, morbo semper ex eā  
exercēscente. Pulchrit̄ hoc de Spirituali & cor-  
porali Medico sic docet S. Ambrosius: Quia per  
inobedientium culpa irreſerat, dum mandata Diuina  
temerantur, obedientiam vitique præterier debuit re-  
formare, ut seminarium erroris excluderet. Fibra enim  
inde manauerat, & idē sicut bonus Medicus radices  
prius vleuis debuit amputare, ut medicamentorum sa-  
lubre remedium, vulneris ora sentirent. Fruſtrā enim  
cicatricem curaueris, si serpenti interiora contagia: in  
acerbatur vulnus, si foris clauditur, cum interius vul-  
nus exstaret. Nam quid proderat donasse peccatum, si  
peccandi maneret affectus? Hoc erat non sanare cicati-  
cem, sed claudere. Ideo primum omnium Spirituali  
Medicis curandum est, ut affectus, &  
vehementes inclinationes, ac praui peccatorum  
habitus euellantur, iis modis, qui præscribuntur  
à Sanctis. Atque hac est è causis vna & quidem  
præcipua, cur multi Nouitij, vix è Nouitiatu et  
gressi, statim dissoluantur, & irreligiosè vivant,  
quia non benè penetrarunt in Nouitiatu, quā  
grave malum sit minimum peccatum veniale,  
& quā pernicioſum impedimentum sit ad  
perfectionem, violations parvarum regulatum  
radicem. Haec sunt enim radices duæ omnium no-  
strorum malorum, & vita liberæ ac dissolute. Ideo sapientissimus Medicus S. P. N. Ignatius, in  
primâ hebdomadâ tot remedia præscriptis in  
Exercitiis, contra peccata, & in toto libro Exer-  
citiorum ad nullum alium morbum sanandum  
tot antidota, & tam efficacia reliquit; quia vo-  
lebat omnium malorum, & morborum radice  
funditus euellere: Ideo tanquam medicina  
exordium præscriptis sapientissimus & ex-  
pertus Medicus, primò ponderationem finis,  
qui solus benè penetratus, potest hominē red-  
dere statim sanctum, Deo iuvante: ut apparuit  
in Virgine illâ sanctâ, Mariâ Bonaventurâ, quæ  
in secundâ Meditatione de fine, ita conuersa  
est, ut ab eo puncto vitam egerit sanctissimam,  
constanter ad mortem canonizatione dignissi-  
mam. Idem in tot aliis in Hispaniâ & Italia

dannabilis est, quamvis magis factorum, dum ab aliis non separantur, etiam domicilio, non solo cubiculo, perniciolis moribus, vel dictaminiibus imbuti.

Quocirca Sacrum Concilium Tridentinum inter monita Superioribus Ecclesiasticis data, haec quoque praecepit: Diligentis & p[ro]ij finali p[ro]fessor officium est, morbis cuius[us] leuius primus adhibere solum; post, ubi morbi grauius, ita possit, ad aiores & graviora remedia descendere: si autem, ne ea quidem proficiant, illis submendare, ceteras saltem oves a contagionis periculo liberare.

no. Tertium, si omnes morbos, & omnes infirmos vnae, eademque medicinae, vno eodemque modo curer. Non omne vulnus, inquit S. Ignatius Mart. emplastrum curatur, vehementiores morbi acfissures, infillationibus sedata. Et S. Chrysostomus: Medicus se numero multa contraria facit, sed non contraria ratione, immo eadem & conueniente. Sapientia virit, & non virit secat & non secat, vnum & idem corpus: nunc amara, nunc dulcia pharmaca ad bibendum offert. Et facit quidem contraria, sed simili ratione, atque eadem. Vnum enim finem spectat, minimam agit sanitatem. Idem alio in loco: Nec exhortatione, ac consilio indigent cuncta peccata, sed sunt, que brevi, & certim[en]ta solent sectione curari. Et quemadmodum iner vulnera, que tolerabilius sunt, lenioribus cedunt medicamentis, que vero putrefacta sunt, & incurabili, que reliquum corpus depauperant, acumine ferri flammeaque indigent, sic nimurum & inter peccata, erga quedam prolixiore cohortatione opus est, careta datoriis sunt reprehensionibus castiganda. Propter igit[ur] quodque Paulus non in omnibus cohortatione nisi sed & increpare dure, sic dicens: Quam ob causam increpat illos dure. Nam, ut S. Gregorius Nazianzenus citatus a S. Gregorio Papa, idem absente, ait, non vna eademq[ue] cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum qualitas astringit. Sepè namque alii officunt, que alii proficiunt. Et medicamentum, quod hunc morbum innimicit, alteri vires iungit: & paru[us] qui vitam fortium roborat, paru[us] non necat: Pro qualitate igit[ur] audiendum formari debet sermo Doctorum, vt & sua singulis congruant, & tamen a communis adificationis arte, nunquam recedat. Quid enim sunt intenta mentes auditorum, nisi, vt dixerim, quadam in cithara tensiones strata chordarum, quas tangendi artifex, vt non sibi met ipsi dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idcirco chorda consonant modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed non uno impulsu, seruntur. Unde & Doctor quisque, vt in vna cunctis virtute charitatis adficiat, ex vna doctrina, non vna eademq[ue] exhortatione corda tangere audientium debet.

l. C. 1. S. Clemens Papa inter Apostolorum, monitor refert etiam hoc: Tu vni clemens medicus, peccatores omnes cura, vniens accommodatus ad salutem medicamentis, non modo secando, vrendo, nouacula[m] adhibendo, sed etiam alligando, exsiccando, iniiciendo me- Lancij Opus. Tom. 2.

dicamenta levia, cicatricem obducendo, emolliendo fermonibus consolatoriis. Si vulnus altum fuerit, resecito suau[us] vnguento, vt repletum reliquis partibus equetur. Si fordes collegerit, nouacula per purgato, hoc est, sermone ad incidentem idoneo. Si intumuerit, id acri collirio complanato, hoc est, indicij minu[us]. Si serpat, cauterio cohibeto, tabemq[ue] excidito ieiunij acrimoniam. Quod si haec feceris, viderisq[ue] a pedibus usque ad caput non prodesse somenta: Non oleum, non saefias; sed serpere tabem, superareq[ue] omnem medicinam, reluti cancrum omnia membra exedentem, tunc re multum consideratā ac deliberatā, adbibitisque alius peritis medicis, tabidum membrum absindito, ne totum Ecclesia corpus contabescat. Noli igit[ur] esse facile ad absindendum, neque citō ad dentatam serram curras, sed primum viaris culello, abscessum diuidens, vt causa qua dolorem sacrificat expula, corpus sine dolore confernet. Quid si aliquem impunitentem, atque obduratum videris, tunc cum tristitia & luctu medicinam responsum, ab Ecclesia absconde. Tollite enim malum de vobis, & timoratos facite filios Israe[li]. Et rursum: Non accipies personam dimiti in iudicio, & pauperis non misereberis in iudicio, quoniam iudicium Domini est.

Hinc S. Gregorius copiose ostendit, toto illo libro in 36. capitibus, alter esse admonendos iuvantes, aliter senes, aliter latos, aliter iuvenes: aliter subditos, aliter Pratalos: aliter sapientes, aliter hebetes: aliter impudentes, aliter verecundos: aliter protero[us], aliter pusillanimes; aliter impatiens, aliter patientes, aliter benevolos, aliter inuidos, aliter simplices; aliter impios: aliter incolumes, aliter egros: aliter eos, qui flagella metuant, & ideo innocentier vivunt, aliter qui sic iniquitatibus duruerunt, vt neque per flagella corriganter; aliter nimis tacitos, aliter multiloquio vacantes, aliter pigros, aliter precipites; aliter mansuetos, aliter iracundos; aliter humiles, aliter elatos; aliter pertinaces, aliter inconstantes; aliter gule deditos, aliter abstinentes; aliter pacatos, aliter discordes; aliter seminantes surgia, aliter pacificos; aliter peccatorum carnis consciens, aliter ignaros; aliter eos, qui admissa deplangunt, nec tamen deserunt, aliter qui defurunt nec tamen plangunt; aliter, qui illucita, que faciunt etiam laudant; aliter, qui accusant prava, nectamen deulant: aliter qui concupiscientia repentinā superantur, aliter, qui in culpa ex consilio ligantur: aliter, qui licet minima, illicita tamen faciunt, aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in gravioribus demerguntur: aliter, qui bona nec inchoant, aliter, qui inchoant, minime consummant: aliter, qui mala occulentes agunt, & bona publice saliter, qui bona, quo faciunt, abscondunt, & tamen quibusdam factu publice, male de se opinari permittunt. Doceatque tota illa parte sui Pastorales, quomodo singulorum morbi curandi sunt diuersis admonitionibus, & doctrinis, quae sane ex Virgilio, Cicer. & Aristotle, ac Suario, peti non possunt. Merito ergo S.P.N. Ignatius, vt in eius vita scribit Ribadeneyra, ris. 1. c. 10. superabat Gubernatores aliorum, & Magistros, qui in

Spirituali vita ceteros omnes ex se metirentur, & ad eandem, quam vitalem ipsi sibi experientur, vivendi, orandi ratione renocarent. Hoc periculorum valde dicebat esse, & homini multiformis gratia Dei dona, varijs, Spiritus Sancti distributiones, ignorantia. Ideo gubernandi alios regendis, prouinciam vix illi tradebat, cuius spectata virtus, diujs probata ante non fuisse. Et sananda morbus, qui idem videbantur omnino, diuersas, interdum etiam aduersas, & contrarias adhibebat medicinas. Nam aliud blandè curabat; ac suauiter, dure aliam & severè: exitus tamen ostendebat, semper eam curationem suisse cuique adhibitam, qua optima cuique esset. & accommodatisima. Hæc & plura alia præclaræ, in citato capite narrat Ribadeneyta, valde digna lectu pro spirituali regime aliorum.

123. *Quarum signum insufficiens Medici est, si semper amatis medicinis, vel sectione venæ, vel inustione ignea curet omnes infirmos.* Verum de disc. & perf. mō. con. c. 4. col. 6.

quidem est, quod ait B. Laurentius Lustiniianus, esse nunnulos, qui magis asperis inunctionibus, quam dulcibus verbis emendantur, talibusq; dura, & sortiis increpatio preferent eis, semper tamen erga illos compasio seruerit in corde. Et exemplo S. Ignatij, absit acrimonia verborum, conuictia magis, quam monita spirans, & commotione animi, non feruore zelis sed furore iracundia extuantur. Ordinari tamen, ut ibidem idem Sanctus, docet Christo mandante frater blandè, & dulciter, corripienda est, nam mollibus potius quam duris sermonibus compungitur animus delinquentiū.

Hinc Iohannes Aula, vir sanctus & Apostolicus in Provinciâ Beticâ Concionator, multorum eximiorum virorum in spiritu Magister, inter alios celeberrimi, illius Ludouici Granatenus tot spiritualium librorum æternam memoriam & lectione dignorum scriptorum cum S.P.N. Ignatio mitteret, Gasparem Loaritem & Didacum Gusmanum Societatem ingressuros, eorumque talenta describeret, & modum quo eos in spiritu rexit sic scripsit: Corduba An. 1554. 27. Iulij. Ego illos educui suauiter, imitando modum, quo Dominus illos educavit. Et hunc credo ei placere, quia qui potest proficere suauitate Euangeli, non conuenit illi austeras Legis: & amor, quem à Domino recuperunt, facit illos capaces, ut illi seruant cum amore, vi ipsem optat.

Docuit hoc multò ante S. Isidorus Pelusiota, S. Chrysostomi Discipulus, Monachorum Praeses, sic ad Theodosium Episcopum scribens: Per commiserationem ac mansuetudinem, vir sapientissime, calamitates eorum, qui in tentationes inciderunt, lenire admitere, atque ipsos leni ac suavi sermone ad hilaritatem trahere, mororisq; radices euelle. Nam si hoc ex te intelligent, quod si iuste inuenta sunt, delictorum leuationem efficiunt, fin autem cum nihil sceleris admississent, oboriri permisa sunt, coruas conciliabant, non modo conceptum animo mororem profigabant, verum etiam letitiam perfundentur. Multi enim morbi suavibus, & non acerbis medicinis curan-

di sunt. Quod si sectio, vel vstio adhibenda sit, ut sapè debet; non vultu furorem spirante, nec manu gravis, sed veluti suspensa adhibenda sunt: & alio modo, quam adhibeantur a tortore, & carnifice non sanitatem, sed perniciem adferentes. Tales sunt, qui morbos spiritus curant in virgâ ferreâ, sarcasmis, aculeisque iracundis verborum, vel conuictis, ex quibus nou medela, sed animorum alienatio, & morborum incrementum nasci solet. His norandum est illud: S. Gregorij Papæ monitum: sapè deterris frangitur, cum fracturâ incaute colligatur, ita vt grauius secessum sentiat, si hanc inmoderatius ligamenta constringant. Vnde necesse est, ut cum peccatis vulnus in subditis corrigo refringitur, magna se sollicitudine etiam distractio ipse moderetur, quatenus sic iura discipline contra delinquentes exerceat, & pietati viscera non animitat. Hanc ob causam cum in Pater f. S. Chrysostomus contra prædones multa dispositio. xisset, & avaritia vitium insectarus fuisset, in te[m]p[or]is. Dicit p. 124. ordinisti hanc materiam, & hanc attulit causam: Age paululum hodie cedamus ipsis, vi a dolore possint respirare, neque frequenter icti à medicina resiliant. Ita faciunt & Medicis, emplastris post secundines imponunt, ac medicamenta: tum aliquot dies elabi finunt, dum ea excogitant, qua dolorem possint mitigare. Hos virum nos etiam hodie imitemur, ac cedamus ipsis, vi ex collatione nostrâ utilitatem percipere valeant. Quā de re iterum paulo post sermo recurret.

124. Quintum signum est mali Medici, si non expurgato corpore præbeat antidota. Vidi, inquit or de vit. & viu. S. Basilius. Medicos non prius præbentes salutaria medicamenta, quam ante vomitionibus (vel purgationibus) eam materiam, que morbum gignebat, vacuan fecissent. Verum & vas, si re liquida male olente videntur fuerit, nec post elutum, recipi boni ringentes infusione. Hoc commune est vitium in Spiritualibus medicis imperitis, qui puncta perfectionis magna sui præponunt, (vt sunt indifferenter, religatio, vel mortificationum, & laborum externorum indiscreti fatigatio), non æquè vero laborant, ut à frequenti in peccata lapsu, præsertim deliberata, & grauiora, suos expurgent, & ad mortificationem internarum passionum, ac perpetuam sui viceiorum, suauibus sed efficacibus modis, industrisq; inducant: & ad ardentissimum perfectionis desiderium, illudque constanter permanens, excent; quod nisi perpetuò duret, nullus est sperandus stabilis in virtute progressus.

Sextum signum imperiti & insufficiens Medicus Spiritualis est, si violentè curet infirmos, extigens ab illis, ut statim sint sani & robusti. Hoc factis ostendunt illi, qui à tyrone in via spirituali, vel ab eo qui est in statu incipientium, (vt sunt nostri Iuniores & Nouitii) exigunt tantam perfectionem in moribus externis, & statu interno, quanta debet esse in sensibus, multis annis in studio virtutum se exercen- tibus.

1.3. epist.  
320.

tibus : Admonendi sunt Pastores , inquit S. Gregorius Papa , ut confidarent , quod structuris recentibus needium solidatu si signorum pondus superponitur , non habitatum sed ruina fabricatur . Et c.5. Predicator , inquit , auditoris sui animam ultra vires non habat , ne v. ita dicam , dum plus quam valet , tenditur , mentu chorda rumpatur , eo que tanquam eopardibus quibusdam constrictos , vel detrusos in carcere ita premunt ; & hac ratione cogunt bonitatem similare , vel certe ad quandam deperditionem adiungit .

Hoc in suo regimine diligenter vitabat S.P.N. Ignatius . Ideo vehementer improbauit factum P. Ludouici Consalui , tunc Domus Professæ Ministeri , quod nobilem quendam Nouitium , valde Romæ notum , vix in Societatem receperat , ipso tyrocinij eius exordio , iussit fabromacatio , murum eximum Domus Professæ erigentia ad plateam frequentissimam , calcem , & lateres suppeditare , spectantibus multis exterritis qui illa transibant , ei notis . Agnouerat enim maternam cor S. P. Nostri Innem illum vehementer confundi , eam ob causam , id est statim eum inde iussit discedere , nec vaquâ eo , (nisi ipse illum misseret ) redire . Ministrum vero monuit , non imponenda , probationis etiam causa , tenellis plantis , nec dum diuturnâ virtutum exercitatione corroboratis , talia onera , que vel frangere , vel frâde eas incurvare possent . Quodipsum à P. Consaluo in Diario gestorum S. Ignatii legi descriptum . Eandem ob causam , cum Domus Professæ Minister , Nouitium quendam vehementis naturæ , & viuacis ingenij apud Ignatum accusaret , ac quæsi minus querunt morigerum , ac tractabilem infectaretur . Ignatius hic , audiens Ribadeneyrâ , respondit Ministro : Mitius quoque & blandius . Equidem istum ipsum quem tam acriter reprehendendum putas ( à quo Minister virtutem veteranorum exigebat ) plus ego in via Dei paucis mensibus proscisse arbitror , quam duos illos integrum anno . Nominabat autem duos omnium ex Fratribus candidissimos & lenitatem quadam ingenij , ac morum suavitatem , maxime amabiles . Non sunt ergo violentè adiungendi ad studia virtutum , præfertim tyrones . Quâ de re hoc est S. Chrysoftomi , optimi morborum Spiritualium Medicis , iudicium : Qui fuerit sub vinculo bonus , nanguinum profectus erit bonus simul ac enim vi nullâ cogetur , liber ipse ab ingenio subiò conuersus , iterum defessus . Facile enim ut idem alibi dicit : planta nuper consta reuelatur : & ad fiduciam recenter fundatum à vexantibus saepe subvertitur . Ideo nec Deus violente ( exceptis primi regni quibusdam magnis Sanctis confessis , vt S. Paulo Apostolo , S.M. Magdalena , S. Andreae Fastulano , S.P.N. Ignatio , & aliis non nullis ) vrget vitæ mutationem , & ascensum ad altos gradus perfectionis . Quod hæc similitudinem neptè declarat S. Chrysoftomus : Quemadmodum optimi Medici , eos , qui difficultate diuturna , morbo decumbunt , variis medicinâ ad sanitatem restituunt , nō

semper vientes arte : interim enim non nihil cupientibus diversas (non noxia ) obsecundant ; sic Deus corruptos non impellit magnâ vi ad virtutem , sed mansuetè , & sensim promovet . Inde plerisque portat ouem inuentam , non percutiam : ne innanior scissura fiat , aut error productior . Sanè si & natura & ars , Deo sic volente , sensim sua ad maturitatem ducit opera ; magna indiscretio , & temeritas est , ita virgere hominem ad supernaturalia opera gratia , quæ non sunt ita in eius potestate , ut opera naturæ , ut statim assequatur , quæ multi Sacerdotes , & Superiores longo spatio annorum vix sunt assecuti . Aptè hoc declarat expertus vita Spiritualis Magister , S. Macarius : Quemadmodum in vtero imperfectus insans non quauprinum concrevit in hominem , sed paulatim formatur , neque mox perfectus homo euadit , sed longo annorum successu anguit , & vir efficitur : estq; veluti femina tritici aut hordei quæ terra mandata , non statim radicum producunt , sed vbi transiunt hyemes & venti , tunc opportuno tempore spica nascuntur ; eodem etiam modo in rebus , Spiritualibus , vbi tanta est sapientia & subtilitas , paulatim augetur homo , euaditq; in virum perfectum , & plenitudinem attingit : non , vt quidam dicunt , exire , (ex pranis habitibus feculi , statim omnibus ) & induere ; virtutibus perfectis statim acquirendis : quas forte nec ipse Spiritualis Medicus habuit , tunc , dum esset in eo statu , in quo nunc suum infirmum , indiscretè ad eas impellit . Quâ in re charitatis habenda est ratio magis , quam Regula , quando huius obseruantia virgeri non potest , sine maiore damno subdit , à realiquâ abhorrentis , quæ secluso Superioris præcepto , posset sine peccato omitti . Ideo S. Bernardus discretus Superior , tradens modum dispensandi in capitulo & S. Benedicti Regulâ , dum iusta causa dispensatur , cap. 7. item exigit iusta autem causa est charitas sola ; sic acutè monet : Dei Regula charitas , Regula S. Benedicti iure præponitur . Esto proinde , ut interdum Regula litera , cedat pro tempore charitati , cum ratio necessitatis , vel charitatis exigerit . Et ut idem cap. 8. ait : Ponant Præpositi metam obedientie subiectorum , ex votis laboriorum ipsorum , non suorum desideriorum , monentes eos , non cogentes ad celifera , condescendentes eis , cum necesse fuerit ad remissiora , non cadentes cum eis .

Septimum signum Medicis imperficti est , præposteta curatio , si dum infirmus pluribus morbis laborat , pluribusque in membris ; occupet se Medicus circa morbos , minus periculoshores vero vel negligat , vel curet minus . Tales sunt iij , qui magis exterioribus attendunt , quam internis , & solidis virtutum inducendis Ita dicit ; qui exterioris inurbanitates , & defectus magis conantur emendare , quam internum hominis statum recte ordinare . Vnde nascitur , ut à curatione talium Medicorum liberati , ferè peius quam antea vi sint agrotas , agrotent , & magis peritorum Medicorum curationem repudiant , & sensim se reddant incurabiles , & ad spiritualem

O 3 mor-

1.3. ep.  
337.

mortem sibi viam sternant. Quā de re sic scribit S. Isidorus Pelusiota, multorum Monachorum Superior, ad Theodosium Episcopum: *Quemadmodum optimus Medicus ad agrotanis naturae subsidium arte instrutus & armatus, cum variis morborum generibus corpus obsidetur, aduersus eum, qui acris virget, in procinctu flans (qui enim cām salutem afferre licet, id facere neglegit, interitus causa est) eos, qui meram ad dilationem admittunt, in posterius seruat, ne aliqui, dum hos vices sibi videtur, ab illo, qui etiam victoriam eam, qua exitiss videbatur, in cladem conuertit, imprudens supereretur; eodem modo quoque medendarum animalium scientiam prudenter temperans, ad id, quod amplius virget, oculorum aciem intende. Nam eo sanato, spes est fore, ut reliqua etiam sanentur.*

135.  
Eccl. 18.  
18.  
Maximus  
ser. 50.  
h. cum  
Sartorin.  
& Aure.  
lianuſ a-  
Et iunt in  
Patal.

*Oltuam signum mali Medicus est, si videns signa futuri morbi prænunia, non præbeat præseruatiua Medicinam, contra illud Spiritus Sancti monitum: *Ante languorem adhibe medicinam.* Ideo Demadas maiorem iis Medicis debet dicerat gratiam, qui morbum ingruentem arcerent, quā, qui iam præsentem pellerent. Superioribus, inquit S. Chrysostomus, non lapſitatum debet esse cura, sed & stantes: illi quidem, ut erit, gantur; hi verò ne cadant, illi ut ab virginibus malis liberentur, hi in incurvant in molestias inimicentes. Et, ut idem alio in loco ait. Hoc prouidi est Medicus, ut non præfencia tamē mala, depellat, sed & aduersus futura præmuniat. Quod cō magis curandum est Medicus, qua facilitas est accere morbum, ne nos inuadat, quām contracutum curare. Ideo Spirituales Medicis reprehensionem merentur, qui suę cura commissos, cernentes non curare minima, non conuersari cum melioribus, non colloqui de rebus spiritualibus, ingredi cubicula aliorum sine necessitate & fructu, in Sacrificio Misericordiæ semihoram non explore, cum elegantilis, siue adolescentulus, siue feminis saepe & diu colloqui, non apparente rationabili causa talium colloquiorum: si talia permittant, & non adhibeant præseruatiua monita, haec omnia ventantia & impedientia. Ex talibus enim negligētis, graues morbi nascentur, curatu deinde difficiles. Ideo humani respectus, & offendendi alios metus abiiciendus est, ne sint eorum è numero, de quibus ita scribit S. Gregorius Papa: *S. ap. Rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recte pertimescant;* & iuxta veritatem vocem, nequaquam iam gregis custodia patitorum studio, sed mercenariorum vice deseruant, quia veniente lupo fugiant, dum se sub silentio abscondant. Hinc namq; eos per Prophetam Dominum incepit, dicens: *Canes muti, non valentes latrare.* Hinc rursus queritur dicens: *Non ascenditis ex aduerso, nec opposistis murum pro Domō Israēl, ut flavetū in prælio in die Domini.* Ex aduerso quippe ascendere, est, pro defensione gregis, voce liberā huīas mundi potest atibus (quibus non æquivalent disciplinae Religiose parvū addicti, & politie procedentes cum do-*

mesticis) contraire: & in die Domini flare in prælio, est, prava decertantibus ex iustitia amore resistere.

Nonum signum imperiti Medicis est, præcepis curatio, non suo tempore, sed citius, quā par. *Plin. 132.* p. 132. porrecta medicina. Sunt enim quidam morbi, qui moram aliquam postulant. Medicus, inquit S. Ambrocius. Non statim adhibet medicamenta languori, si dolor feruet, fomenta adhibet, ut interficit dolor. Si febris exequat, remedij tempus expectat. Alioquin in medio febris alto porrecta ponio noceret, non prodeslet. Ita dum subditus vehementi irā ardens fuit, monitorum bonorum non est locus. Expectandum, ut furor ille abcedat, tunc erit magis idoneus, ut paternā Medicis curatione iuuetur. Interim ponderanda sunt, quā dici apto tempore debent infirmo, vi iuuent, ne quid inconsiderat prolatum ledat potius quām sanet. maturanda sunt omnia profundā consideratione, & communicatione cum Deo, inspiratore sancti consilij. *Absre non facimus,* inquit S. Gregorius Papa, *ad argumentum rationabilium, ynam rerum irrationalium colligamus.* Aptā nāmque adificationib; de futura ligna succiduntur, nec tamen adhuc viridibus; adficū pondus imponitur, nisi eorum viriditatē multorum durarū mōra sit auerit, & apta ad necessarium ynam efficerit. Quā obseruātiā si forte negliguntur, citius superpositā mole franguntur & gignit ruinam, ad auxilium res prouida. Hinc etenim & Medicus, qui curam gerunt de corpore quadam adiutoria, recenti adhuc confectione formata indigent non offerant, sed maceranda temporibus derelinquent. Nam si immaturāe quis dederit, diuinū non est, quia sit causa periculi res salutis.

Decimum signum insufficientis Medicis, est dia dilata curatio. Morbi enim periculosi, qui vix quandoque apparent, sed à peritis agnoscuntur, celestantur curantur. Hinc prudenter Ouidius pro remediō fœdi amoris fūadebat.

*Principiis abst. sero medicina paratur,*

*Cum mala per longas inualue moras.*

Tales morbi sunt vehementes contra vocatiō nem tentationes, familiarites periculose inchoatæ, auctio ab Instituto, & bonā viuendi ratione, & per clandestinas mormuratiōnes ac praua in contrarium dictamina, à tentatis corroborati cœpta. S. Chrysostomus cicato illo Christi dīcto Matth. 28. Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, ut pereat unus de his, qui filii suis: *An non igitur absursum est, si cām Christus pusillorum tantam curam gerat, nos eos prædicti contemnamus?* Noli hoc dicere, unus est, sed unus contemptus morbum transmittet ad ceteros. Modicum enim fermentum, inquit, totam massam fermentat. Atque hoc est, quod omnia perdit, ac destruit, quod pulsos aspernemur: propterea magna sunt vlera, quem admodum ferè fit, ut magna sicut exigua, si conueniens cura sit adhibita.

Videcimum signum, si semper medicinis suauibus vtatur, vel vngat, quando membra lectione, seu

137.  
1. p. Palt.  
cap. 4.Tla. 56. 10.  
Ezech.  
13. 5.

ea incisione venæ vel ulceris epus habent. Quâ de re S. Chrysostomus: Quemadmodum Medicus si morbum sectione indigentem, unctione, aut emplastro curare voluerit, cito prorbum incurabilem efficiet, cum congruum non adhibeat medicinam, ita si quis filos nimis usus lenitate arguat. Et alio in loco idem: Non semper expedit pharmaca lenia adhibere, sed quâdo plici curationi resistit, oportet styptica, & mordacia admovere, quo morbo occurritur citius. S. Bernardus hoc ipsum commendat.

Duodecimum signum, desperate de sanitate infirmi. Non statim resiliendum à curatione, et si non statim succedat, Gutta cauta lapidem, non vis, sed sèpè cadendo; sic quod vñā hebdomadā vel mente obtineri non potuit, potest sequenti. Quâ de re S. Chrysostomus: Habet hunc morem Medicus, quamvis videat morbos esse grauiores, quām vi arte curari possint non omittit tamen officium suum, si forte possit egrum vel longo tempore reparare, proficiam artis ostendat: quod si nihil amplius proficit, habeat excusationem maiorem, et quod nihil praetulerit, quod ad se pertineret. Prosequenda itaque est agri curatio cum spe sanacionis. Nam, ut idem S. Chrysostomus alio in loco, Est hodie verbi tuis non obtemperat, postea obtemperabit, & si neque secundo vel tertio admonentur obtemperabit, item tamen te videns virgenter soror erubescet: & renuntius tuam curam ab his que offendunt desister. Et vñquam dic: quia semel & iterum & tertio & sepius dixi, & nihil profeci: Ne dicere desinas: nam quanid magis in perseveraueris, tandem magis & merces tibi viscer. Non videtis quanta omnium Deus nos longanimitate tolerat, & quoniam quotidie negligimus obtemperare eius mandatis, & negue sic cessat à curâ nostrâ simili modo & nos erga fratres nostros bene affici, magnam faciamus diligentiam, & oblictum remaligo illi damoni, ut irritos eius faciamus conatus.

## CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Premodo exigendi rationem conscientię & a sensibus & patribus maturę virtutis, ac iis qui diu cum laude in Societate Domus & Provincias gubernarunt.

**D**Vm primus Provincialis in Provinciā Lithuaniae mihi à R. P. Mutio Generali impositus est, proposuit ei varia dubia, optans me, & in me altos Provinciales instrui, circa modum statuter exigendi à subditis, presertim sensibus & maturis, rationem conscientiae. Ad hacita mihi respondit.

Hic respondebo ad dubitationes à R. V. propositas circa modum exigendi rationem conscientię.

Primo querebat: An Superior, qui semel accepit ab aliquo rationem conscientię, presertim à persona magna virtutis & auctoritatis (vt sunt Professi antiqui, & qu cum laude gubernarunt, & similes) possit annis

sequentibus, non exigere ab illo ita exactam, vt exigit solet, ac debet à iunioribus?

Respondeo, Superiorum non solum posse à talibus non ita plenam, & distinctam rationem conscientię exigere, sed etiam non debere, nisi ratio aliqua extraordinaria (quod raro fieri solet) intercurrerit, que accutuorem conscientię rationem à talibus exigendam virget.

Secundò querebat: An Superior dum habet plenam subditorum suorum notitiam, possit ordinare, vt quiesquerationem conscientia reddat Confessario, aut Patri Spirituali?

Respondeo, Etsi §. 40. Summarij Constit. ivsinuet, Superiori posse aliquando alteri exactiōnē rationē conscientia committere, tamen non conuenire, vt id faciat, nisi magna causa urgente: cum exactio rationis conscientia in Societate, vnum sit ex precipuis, & maxime propriis Superiorum officiis, quod proinde ipsi non facile alteri committere debent.

Tertiò querebat: An Superior officio satisficiat, si post acceptam semel ab aliquo a errata rationem conscientie, aliis deinceps annis à proelectoribus estate & virtute Patribus, aliud non petat, quām vt, si post redditam ultimā rationem, aliquid habeat ad conscientię sua manifestationem, quod Superiorum scire conueniat, illud dicatur?

Respondeo, Superiorum videri tali modo officio suo satisfacere, neque ad exactiōnē questionem obligari.

Quarid querebat: An Superior à Patribus magna auctoritatis, & quorum virtus multis annis in variis officiis explorata est, possit, ne quidem primo anno sua gubernationis plenam & accuratam, qualis ab aliis exigi debet, rationem conscientia exigere, sed aliud ab iis non postulare, quām vt dicant, si quid habent, quod ad manifestationem sua conscientia Superiorum scire cupiant?

Respondeo, Posse etiam primo anno Superiorum à talibus Patribus aliud non exigere, & plerumque conuenire, vt amplius ab iis non requirat, presertim cum tales sponte suæ sese liberalius plerumque Superioris manifestare soleant, quām subinde alij, a quibus plenior conscientia ratio exigitur. Atque hinc me SS. R. V. Sacrificii & orationibus commendabo. Roma 11. Januarij 1631.

## CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De modo gubernandi & instruendi Novitiis religiosos, & tirones in vita spirituali.

**V**T Novitiis pro tota vita bene instruantur, aliquæ vita spiritualis tirones in statu seculari constituti, bene fundandi sunt ipso initio eorum vita spiritualis in quatuor rebus.

Prima est, summum odium & horror causans peccati, etiam minimi, presertim deliberati, ita ut nulla res creata sit, & quā magis abhor-

rebit,